Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Gladius Victor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

Deus. Quæ patria? Deus. *Ibi natus, ibi alitus*
vectus. Natus in Deo nutritus in Deo, augme
perfectionem capit à Deo: ac tantum quidem
tum & perfectionem accipit, quantus eſt ejus
nitor, Deus. Eſt igitur Amor infinitus, amor im
amor æternus & immortalis: quia ſimilis ei,
ſuum Eſſe accepit, qui Deus eſt, ſine fine, æte
neque loco ſubjectus, nec tempori, nec morti;
per durans, ſemper vivens in æternitate ſuæ glo
ſuæ beatitudinis.

Hæc eſt cauſa, cur amor *nulli*, *niſi Deo*,
Deum debeatur, teſte S. Bernardo, *de dignit. amo*
de ſolo Deo naſcitur, & in Deo ſolo invenitur.
igitur amat. & Deum non amat, verè non am
picur in amando; putat ſe amare, ſed non ama
non vero amore, ſed fallaci & apparente.

Maneat ergo ſtabilita hæc veritas; Si ego
non vivo: quia vivere animæ eſt amare. Ut
& amem, nolo alium amorem: eligo ſolum
Amoris mei, Boni mei, qui ſolus eſt Deus.

CONSIDERATIO
XXIV.

AMOR DEI.

Gladius victor.

MIlites Salomonis *Cant. 3.* portabant gladium
femur ſuum. Per hunc gladium intelligitur
Amorem Dei, gladium amoris. Ut Richardus
Qui geſtandus eſt ad latus, ſcilicet ſupra appeti
ſitivum, ut mortificetur, cohibeatur,
digatur in ſervitutem ſpiritus. Gladius ſuper
non ſub femore. Amor Dei debet eſſe ſuperior
non inferior: debet dominari, non illi ſubeſſe.

Chriſtus Dominus noſter dedit hujus
dum *pulchritudine Divinitatis ſuæ opera carnis*

…tur, ut loquitur S. Gregorius *ep.*140. amore ac deſi-…rio pulchritudinis æternæ, ac Divinitatis ſuæ, ſupera-…t omnem alium amorem, omne deſiderium pulchri-…tudinis terrenæ. Beatus, qui cuſtodit lectum animæ ſuæ, …atus hoc gladio divini Amoris: quia hoc facilè vin-…et, ac debellabit omnes ſuos inimicos.

O gladius victor! tu ſolus triumphas in cœlo; tuæ victoriæ ſolæ æternùm cantabuntur à cœleſtibus Can-…tibus: hæc ſola vox reſonabit in plateis cœli; Vivat Sanctus Amor, vivat Amor Divinus. Vivat, vivat Amor, qui Deum fecit hominem, & hominem Deum; vivat, vivat Amor, qui Matrem Dei fecit Virginem Sanctam Mariam.

CONSIDERATIO XXV.

AMOR DEI,

Odor ſuaviſſimus.

AMor Dei in Sacro Cantico comparatur odorato fumo incenſi. *Sicut virgula fumi,* dicitur *Cant.*2. quia ſicut thus incenſum, cùm adoletur, parte ſui craſſio-re manet in terra, ſubtilior autem evaporat in altum: ſic anima amans, accenſa igne Sancti Amoris, corpore quidem habitat in terra, ſed co[illegible]itatione & affectu ſuſpi-rat ad Deum, moratur & regnat in cœlo.

O Sancte Amor, odor ſuaviſſime odoratui Dei! fre-quentia hujus odoris maximè ſentitur in oratione de-vota & fervente. *Aſcendit fumus incenſorum de ora-tionibus Sanctorum. Apoc.*8. O Sancta occupatio, *orare & amare*! Amor accendit orationem, & oratio nutrit amorem.

Omnes virtutes ſunt odoriferæ coram Deo. *Habent omnes colores ſuos, habent & odores,* ait Bernardus *ſ.* 71. in Cant. Sed ſuper omnia ſuaviſſimum odorem exhalat Caritas. *Eſt odor mortis in mortem* peccatis & ſenſui;

quia